Quelle: https://manuscripta.at/?ID=933
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



138

Vir sexu significat in coniugio. Nam adiecteris uir ei. Maritus uero qui sine adiectione
aliqua coniugio sonat. Amante marte quasi mars. Fit enim nomen primae positionis quod
fit in diminutione masculini. In derivatione marte. Sponsus abspondendo uo
catus. Nam ante usu tabellarum matrimonii cautiones sibi iuicem emittebant in
quibus spondebant se iuicem consentire iuria matrimonii. Sed fide iussores dabant.
Unde admissum est ut sponsum dicant. Uirum abspondendo. Sponsa similiter. Ceterum
propere spondere uelle est. Quia sponsus non quia promittit sed quia spondet. Sponsores dat.
Arrabo dicta quasi arra bona bona quod enim datur pro coniugio bone datur. Quia con
iugium bonum est. Quod uero causa fornicationis aut adulterii malum est. Idcirco arra
bona est. Arra are pro qua traditur. Et aut arra non solum sponsio coniugalis sed aliqua pro qualibet
promissa re data ut compleatur. Sicut nuptiarum petitores appellando petendo dicti. Pro
nuba dicta eo quod nubentibus post est. Que quo nubente uiro coniungit. Ipsa est paranipha.
Illa nipha sponsa in nuptiis. Nipha plaboationis officio quod ad nomen nubentis allu
dit. Coniuges appellati propter iugum quod imponit iungit matrimonio coniungendis. Iugo enim
nubentis subiici solet propter futam et cordia ne separentur. Coniuges autem uerius
appellantur a prima desponsationis fide qua uis adhuc ita eos ignorent coniugalis con
cubitus. Sic maria ioseph coniux uocatur. Ita quos nec fuerunt nec futura erant carnis ulla co
mmatio. Nuptie dicte quod uultus suos uelent. Translatum nomen a nubibus quibus tegitur
celum. Unde nuptie dnt quod ibi primum nubentium capita uelantur. Ob nube enim
cooperire est. Cui contraria in nuba hoc est in nupta quod adhuc uultum suum non uelat.
Uxores uocate quasi uenores. Moris enim erat antiquitus ut nubentes puellae simul
uenirent ad limen mariti. Postes ante quam ingrederentur ornarentur laneis uittis oleo
ungerent. Unde uxores dicte quasi unciores. Que idem urtabantur lumina calcare.
Quod illic janue coeunt et separentur. Matrona est quae iam nupsit. Et dicta matrona quasi
mater nati. Et quia iam mater fieri potest. Unde et matrimonium dictum distinguit autem inter
matronam et matrem et matrem familias. Nam matrone quia iam in matrimonium euenerunt.
Matres quia genuerunt. Matres familie: quia iam per quandam uiri sollemnitatem in familiam
mariti transierunt. Monogamus dictus quia uni tantum nupsit. Mono enim apud grecos